

• aliis quibuscumque personis, directe vel indirecte. Et quod idem  
 • dominus episcopus, si non moraretur in Vincentia vel districtu,  
 • possit redditus, proventus et fructus suos extra districtum Vin-  
 centie libere et sine aliqua exactione pecunie facienda pro ipsis  
 • aut pro conductoribus eorumdem portari facere ad sufficientiam  
 • videlicet et usum vietus sui et familie sue.

• Item cum castrum seu locus Marosteghe sit in fortia et ma-  
 • nibus domini Sichi de Castronovo, et non in fortia communium  
 • Venetiarum et Florentie, intendunt et volunt ipsa communia seu  
 • dicti sindici ipsorum communium sindicario nomine pro eis quod  
 • dictus dominus Sichus et frater et nepotes sui, cum suis terris et  
 • gentibus includantur et ponantur, et pro inclusis et positis ha-  
 • beantur, si eis placuerit, in pace presenti. Et si ipsi dominus Si-  
 • chus et frater et nepotes complacere voluerint dominis de la Scala  
 • de dicto loco Marosteghe, dicta communia multum erunt inde con-  
 • tenta et eis placebit. Aliam pro facto et occasione dicti loci Ma-  
 • rosteghe, non intromittant se dicta communia in favorem vel con-  
 • trarium alicujus, nisi in quantum scirent et possent procurare et  
 • operari id quod pertineret ad bonum quietis et pacis inter omnes.

• Item quod communia et homines Riperie lacus garde brixien-  
 • sis, qui adheserunt dictis communibus Venetiarum et Florentie in  
 • guerra predicta, cum loeis et terris suis, et quas tenent, sint et  
 • includantur, et pro inclusis habeantur in pace predicta. Et eis  
 • dicta pax per dominos de la Scala et gentes et terras eorum ob-  
 • servari debeat, promittentibus e converso dictis communibus et  
 • hominibus riperie supradicte erga dictos dominos de la Scala et  
 • terras et gentes ipsorum.

• Item quod, tam super facto domini Episcopi Parme et domi-  
 • norum de Rubeis et amicorum suorum, quam super facto domini  
 • Vivarii et aliorum Vincentinorum et domini episcopi Vincentie et  
 • suorum, et Jacobucii de Arzignano et hominum de Monticulo et  
 • illorum de Ripia garde brixiensi et aliorum supra expressorum  
 • si forsitan quis vel aliqui eorum dicere vel conqueri voluerint,